UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Maiolus Abb. S. Anthigmus M. S. Gangolphus, Conf. 11. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Maiolus Abb. S. Anthimus M.
S. Gangolphus, Conf. 11 Maij

Recta intentio.

Cum perverſa intentione rectum agitur, apud examen Iudicis interni obſcuratur. Greg.

Interceſſio nos quæſumus Dne B. Maioli Abb. (B. Anthimi M. Gangolphi Conf. commendet, vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinijs aſſequamur. Per D. N. Ieſum Chriſtum &c.

Ora pro Operarijs & Vinea Dni. &

1. S. Maiolus Ab. Cluniacenſis factus A. D. 944. ad 993 peruenit, vitam præclaris meritis ornauit. Singulare ide eius meritis donum conceſſum eſt, vt ad ſepulchrum eius orantes indonati non abirent.

2. S. Anthimus Rom. presb. & M. in carcere Piniani cum plurimis alijs detentus, peſſimè à miniſtris tractabatur donec Cheræmon princeps familiæ à dæmone ſtrangulatus, & Pinianus ad mortem æger baptiſmo recepto euaſit. Dies baptiſmi libertate omnium captiuorum eſt celebratus. Sed Anthimus non multo poſt iterũ captus molari ſaxo ad collum ligato in Tiberim præcipitatus eſt; at per Angelum liberatus gladio coronam eſt aſſecutus.

3. S. Gangolphus infeliciter coniugatorum exemplum pium, quippe qui adulterã varijs vijs emendare aggreſſus ab ea demum eſt occiſus.